Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tus exclude: ut mente et corpore pariter expedita
que tua sunt liberis mentibus exequamur. P
Fres R cognoscimus spū Ad Ephesios S
mentis vestre: et induite novum hominē
qui secūdū deū creatus est: in iustitia et sanctitate veritatis Propter quod deponentes mēdacium loquimini veritatem unusquisq; cū proximo suo: quia sumus invicē membra Irascimini: et nolite peccare Sol non occidat super iracundiam vestram Nolite locum dare diabolo Qui furabatur iam non furetur: magis autē laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti G Oriatur dne ad te oratio mea sicut incensum in aspectu tuo dne V Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum Alleluia V Dextera dei fecit virtutem
H l t Alte Scdm Matthm. dextera dni exaltavit me
dens iesus in navicula: transfretavit et venit in civitatem suam Et ecce offerebant ei paralyticum: iacentem in lecto Et videns iesus fidem illorum dixit paralytico Confide fili: remittuntur tibi peccata tua Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se Hic blasphemat Et cū vidisset iesus cogitationes eorum dixit Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata: aut dicere surge et ambula Vt autem sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata tunc ait paralytico: surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam Et surrexit: et abiit in domum suam Videntes autem turbe timuerunt: et glorificaverunt deum qui dedit talem potestatem hominibus